



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118332**

§. 51. Ludovici XI. Oratores ad Papam ablegati

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

niaco Nemosii Duci concreditum est. Sæcul. XV.  
A.C. 1462.  
Catalani econtra sese Castellæ Regi ad-  
junxerunt. Tandem ergo bellum para-  
tur, quod duos ferme annos tenuit; cum  
vero neutra pars prælii discrimen expe-  
riri auderet, causæ decisio Francorum  
Regis arbitrio relinquebatur. Hic igitur  
dissidentes componendi studio incitatus, Vide §.  
LXXX.  
Bajonnam contendit. De ejus vero sen-  
tentia in progressu historiæ mentionem  
faciemus.

## §. LI.

*Ludovici XI. Oratores ad Papam  
ablegati.*

Interea Ludovicus Rex, ut epistolæ, Anno 1462.  
quam ad eum Papa perscripserat, re-  
sponderet, solemnem Legationem Ro-  
mam decernere statuit. Id muneris Gobelin.  
Comm. Pii II  
committebatur Viris tam generis nobili-  
tate, quam meritorum præstantia cele-  
berrimis. l. 7.  
Erat Legationis Princeps Pe-  
trus Calvimontis Comes, Vir ætate ve-  
nerabilis, ac morum integritate summe  
commendandus. Sequebantur Cardina-  
lis Atrebatensis, qui dexteritate sua in  
Regis gratiam rediit, necnon Andega-  
vensis, & Santonensis Episcopi, præter  
quosdam Abbates, & Procerum nobilis-  
simos. Hi tertia die Maji anno millesi-  
mo quadringentesimo sexagesimo secun-  
do

Sæcul. XV.  
A.C. 1462.

do Romam ingressi, perhonorifice excepti sunt. Atrebatensis orationem habuit, qua Regis nomine summo Pontifici obedientiam præstitit, & Pragmaticæ Sanctionis abrogationem confirmavit, simulque postulavit, ut Siciliæ regnum Renato Andegavensi redderetur, ac Genua in potestatem Regis revocaretur, postea palam querebatur, quod Pontifex Ferdinandum & Arragonenses submissis auxiliis tueretur adversus Gallos, quorum tamen merita erga Sedem Apostolicam ceteris longe ampliora essent. Ad hæc Pontifex in hunc ferme modum respondit; nostis, quod Neapolis regnum ex concessione Sedis Apostolicæ, a qua dependet, obtinuerit Ferdinandus, cum vero Renatus Andegavensis, ut illum inconsulto etiam Papa regno pelleret, nihil non ageret, hinc Ferdinandum protegere compulsi fuimus, huic tamen haud ultra auxilia submittemus, dummodo Renatus causam suam, quam æquitate fulciri existimat, secundum legum præscripta persequi velit (\*).

§. LII.

(\*) Haud injucundum erit, ex ipso Gobelino Papæ responsum describere; scribit ille, Pontificem dixisse: *Ferdinandum possedisse concessione Apostolica integrum regnum; a possessore Patre hæredem institutum, petiisse Regni Proc-*